

a gratia divina licet, communi studio summisque precibus flectere ad misericordiam insistamus omnipotentem Deum, ut interire ne patiatur, quos ipsem et profuso sanguine liberavit: respiciat hanc propitiis aetatem, quae multum quidem deliquit, sed multa vicissim ad patiendum aspera in expiationem exanclavit: omniumque gentium generumque homines benigné complexus, meminerit suum illud: *Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum* (25).

Auspicem divinorum innumerum, benevolentiaeque Nostrae paternae testem vobis, venerabiles Fratres, Clero populoque vestro Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 1 Novembris An. MDCCCC, Pontificatus Nostri vicesimo tertio.

LEO PP. XIII.

---

---

---

(25) Io. XII, 32.